

Conjurros Contra Langosta, pulgon, Oruga

Vobros animales:

Exorcismos

Primero se a de bendecir agua como esta en el misal  
y luego se puede añadir loq se sigue del manual de  
Salamanca

Adjutorium nostrum in nomine Domini  
qui fecit caelum et terram

Benedic Domine hanc Creaturam aque ut fugiant  
Locusta, Cruca, et Bruchi maligni ab omnibus agris  
et silvis, segetibus, vineis et hortis nostris, super quos  
aspersa fuerit, per nomen sanctum tuum Deus pater  
omnipotens et filij tui Domini nostri Jesu xpi.  
virtutem, et per sancti spiritus bonitatem, quid quid  
nomen sanctum tuum incolatum est super ipsam crea-  
turam tuam, segetum, vinearum, agrorum, silvarum,  
et hortorum nostrorum, ut fiat salubre clementum  
omnibus qui vescuntur ex illis, per eundem Dominum  
nostrum Jesumchristum etc. Amen.

Chirieleyson, Christe eleyson, Chirie eleyson; Pater  
noster; = Ave maria = Credo = ipse te benedificat  
qui te a principio creavit; Amen = ipse te benedificat  
qui super te suis pedibus ambulavit; Amen; = ipse te  
benedificat qui in te a Joanne fuit baptizatus Jesus  
christus Dominus noster; Amen.

Statim fiat benedictio panis.

Adjutorium nostrum etc. qui fecit etc. Dñus vobiscum

oremus

Domine Jesuchriste panis Angelorum, panis Viuus  
eterna vita, bene  $\text{H}$  dicere dignare panem istum, sicut  
benedixisti quinque panes in deserto; ut omnes ex eo  
gustantes inde corporis et anima percipiant sanitatem  
qui Viuis et regnas Deus per omnia secula seculorum; Ame  
Oremus.

Omni potens eterne Deus benedicere digneris hunc  
panem tua sancta bene  $\text{H}$  dictione, ut sit omnibus su-  
mentibus salus mentis et corporis atque contra omnes  
morbos et uniuersas inimicorum insidias; tu tamen per  
Dum nrum Jesuchristum filium tuum panem Viuum  
qui de caelo descendit et dat vitam et salutem mundo;  
et tecum Viuit et regnat Deus in unitate spiritus sancti  
per omnia secula seculorum. Amen.

Statin fiat benedictio Crucis

Sit nomen Domini benedictum = ex hoc nunc et usque etta  
Domine exaudi orationem meam = et clamor meus etta  
Dominus Vobiscum = et cum spiritu tuo = Oremus:

Bene  $\text{H}$  dic quassumus Dne hanc Creaturam tuam  
per quam erigisti mundum, a Demone potestate, et  
superasti passione tua suggestionem peccati qui gaudebat  
in prebaricatione primi parentis, per lignum vitium  
bene  $\text{H}$  dic etiam Dne et sanctifica istud signaculum  
sacrae passionis tuae, ut sit inimicis tuis obstaculum,  
et credentibus perpetuum auxilium; qui Viuis et  
regnas cum Deo patre etta. Amen, = aspergatur Crux aqua

Conjurando contra estos animales primero se arde hacer  
crucis de palmas venditas de Ldia de Pramos y poner en  
Lo alto de la cruz. Jesus nacareny reth Judeorum y  
abaso; Matheus, Marcus, Lucas et Joanes. = arse de deuir

dos missas una de las Cruz con oracion de nuestra senora  
 y de Angeles; y las otras a s. gregorio oñiente con oracion  
 de spiritu santo, y otra oracion pro peccatis, inefabilem  
 pondranse las cruces sobre el altar quando se diga missa;  
 Taldra el sacerdote a el campo revestido y echara agua  
 vendita en cruz a las quatro partes del mundo, y del  
 pan q se ubiere vendiendo se echara un poco en el agua  
 vendita y puesta sin temor ni duda tu confianza en Dios  
 nro s. y en s. gregorio y otros s. diras lo siguiente de Rodilla

de Rodi-  
 las

Per signum crucis de inimicis nostris libera nos Deus  
 noster; adiutorium nostrum est: qui fecit caelum et terra. Sit  
 nomen Domini benedictum; ex hoc nunc et usque in seculum  
 Domine non secundum peccata nostra facias nobis, neque  
 secundum iniquitates nostras retribuas nobis = mitle nobis  
 Domine auxilium de sancto = et de sion tuere nos; ora  
 pro nobis sancta Dei genitrix = ut digni efficiamus promissio-  
 nibus nostris = ora pro nobis beate gregori, ut digni  
 etia y otros s. Deus tot = Domine exaudi vocem meam, et  
clamor meus etia. Domineus vobiscum = et cum spiritu tuo =

OREMUS

Omnipotens Dñe, Verbum Patris, xptus Jessus; Deus et  
 Dominus uniuersae creaturae qui sanctis Apostolis tuis  
 dedisti potestatem calcandi super serpentes et scorpiones,  
 et super omnem virtutem inimici, tuon sanctissimum  
 nomen cum pauore et tremore = suplex deprecor  
 ut mihi indignissimo sacerdoti data venia peccatoru  
 meorum, confidentiam et possibilitatem donare digneris,  
 et tui brachij munitus potentias, fideliter et securus  
 egrediar qui viuus et regnas Deus per omnia secula secu-  
 larum = Amen; dirase toda la letania y el p. salmo  
 siguiente =

Digase la  
 letania

Dominus illuminatio mea, et salus mea quem timebo?

Dominus protector vite mee, a quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas:

qui tribulant me inimici mei, et ipsi infirmati sunt et ceciderunt

Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum;

Si exurgat aduersum me praelium, in hoc ego sperabo.

Vnam petiſt a Domino, hanc requiram; ut inhabitem in  
domo Dñi omnibus diebus vite mee:

Vt uideam Voluntatem Dñi, et uisitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: et in die mortuorum  
protegit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me, et nunc exaltauit caput meum  
super inimicos meos.

Circuui, et inuoluui in tabernaculo eius hostiam uociferationis,  
et cantabo, et psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine Vocem meam qua clamaui ad te: misere  
re me et exaudi me.

tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies meas: faciem  
tuam Domine requiram.

Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in iras a seruo tuo

Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias  
me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me:  
Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in uia tua: et dirige me in  
semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam  
in surrexerunt in me testes iniqui, et mentitae sunt iniquitates <sup>Sibi</sup>

Credo uideri bona Dñi in terra uiuentium.

Expecta Dominum, uiriliter age, et confortetur cor tuum  
et sustine Dominum.

V Dominus Vobiscum; Et cum spiritu tuo. =

Oremus

Omnipotens sempiterna Deus, omnium remunerator; et peccatorum maximus miserator; in cuius nomine omnia genia flectantur; caelestium, terrestrium, et infernorum tua potentia nobis peccatoribus omnipotens concede ut quod de tua misericordia confixi agimus, per tuam gratiam efficacem consequatur effectum, quatenus hos pestiferos Bruchos, Locustas et erucas, vel Vermes per nos seruos tuos maledicendos, maledicas, Segregandos Segreges; exterminandos, extermines, ut per tuam clementiam ab hac peste liberati, gratiarum actiones, maiestati tuae Libere referamus, per xpm Dñm nr̄m Amē

apud lo  
guēta

Exorciso vos pestiferos bruchos, locustas, erucas vel Vermes per Deum Patrem omnipotentem; per Iesum christum filium eius et per spiritum sanctum ab utroque procedentem, ut confestim recedatis ab his agris, siluis, vineis et segetibus, neque amplius in eis habitetis, sed ad ea loca transeat, in quibus nemini nocere possitis, pro parte omnipotentis Dei, et totius curiae caelestis et Ecclesiae sanctae Dei vos maledicens quodcumque ieritis, sitis maledicti deficientes de die in diem vos ipsos, et decrecentes quatenus reliquias de vobis nullo modo in loco inveniuntur nisi necessariae ad salutem et usum humanum; quod prestare dignetur qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem.

Et siguiente exorcismo se a de hacer a los quatro partes del mundo:

Initium sancti Evangelij secundum Joane.  
in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum et.

Per Evangelica Dicta precipio Vobis Diaboli maledicti  
ut fugiatis vos simul cum exercitu vestro bruchorum, vel  
Locustarum, seu erucarum et Vermium, ab omnibus fini-  
bus istius loci vel termini, Tali modo ut omnes vineae,  
agri, siluae vel horti, et quae sunt in finibus eius, inolu-  
mes maneant in nomine patris et filij, et spiritus s.<sup>ti</sup> = Amen

Adiuuro te Sathana Princeps Demoniorum adque etiam  
conjuro te Diabole Belcabut et socios vestros, atque etiam  
conjuro vos omnes spiritus maledicti qui hanc diuinitatem tem-  
pestatem maleuolam Locustarum, Erucarum, Vermium  
et bruchorum, et per vos per quos hac tempestas commo-  
ta est. per Deum  $\text{P}$  patrem omnipotentem, per Deum  $\text{F}$   
Filium, et per Deum  $\text{S}$  spiritum Sanctum et per sanctissi-  
mam trinitatem  $\text{I}$  et per virtutem suam, Vos adiuuro  
et precipio Vobis ut vos cum vestro exercitu, bruchorum,  
Locustarum, Vermium et erucarum fugiatis et faciatis illum  
fugere ab omnibus finibus agris, siluis et possessionibus istius  
loci, tali modo, ut vos neque ulla tempestas bruchorum, Ver-  
mium, vel erucarum alit Locustarum non sedatis vineas,  
segetes aut agros vel siluas quae sunt in hoc loco et in om-  
nibus finibus eius, atque etiam adiuuro vos per Dominum  $\text{I}$   
nostrum Iesuchristum, per aduentum et natiuitatem et  
circumcisionem suam, vitam et baptismum et miracula;  
et per illam potestatem quam Dominus dedit credentibus  
in illum; ipso dicente: Signa autem eos qui crediderint  
haec sequentur; in nomine meo Demonia eiciant, linguis  
loquentur nobis, serpentes tollent; et per illam potestatem  
quam dedit Apostolis suis dicens: ecce dedi vobis potes-  
tatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et supra  
virtutem inimici; per sanctam nostram Ecclesiam, et in  
virtute Domini  $\text{I}$  nostri Iesuchristi, et per merita et  
preces

precas Beabilissime Virginis Mariae, et per preces Angelorum  
et Archangelorum suorum, vos adiuro, et precipio  
vobis ut statim fugiatis vos, et faciatis fugere istam maleuo-  
lam tempestatem, Vermium, bruchorum, erucarum, et locustarum,  
tali modo ut non ledant nec rodant arbores istos  
quercum, vel alias quascunque segetes, vineas, et vineas  
qua sunt in finibus istius loci et haec precipio vobis facere  
in virtute et in nomine Domini et nostri Iesu Christi qui Ven-  
turus est iudicare vivos et mortuos et seculi per ignem. Amen

Sequentia s. euang. s. d. m. marcum.

in illo tempore recumbentibus undecim discipulis appa-  
ruit illis Iesus, et exprobauit incredulitatem eorum,  
et duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse  
non crediderunt, et dixit eis: euntes in mundum uniuersum  
prediccate euangelium omni creaturae, qui credi-  
derit et baptizatus fuerit saluus erit; qui vero non cre-  
diderit condemnabitur. signa autem eos qui credide-  
rint haec sequentur: in nomine meo demonia eiecient,  
linguis loquentur nobis, serpentes tollent, et si mortiferum  
quid biberint non eis nocebit, super egros manus impo-  
nent, et bene habebunt. et Dominus quidem Iesus postquam  
locutus est eis assumptus est in caelum et sedet ad dexteris  
Dei; illi autem Profecti predicauerunt ubique Domino  
cooperante et sermone confirmante sequentibus signis.  
Per euangelica dicta precipio vobis Diaboli maledicti,  
ut fugiatis vos, simul cum exercitu vestro bruchorum,  
locustarum seu erucarum et vermium, ab omnibus finibus  
istius loci vel termini, tali modo ut omnes vineas, agri,  
siluae, vel horti, et quae sunt in finibus eius incolumet mancant  
in nomine Patris et Filij et spiritus sancti. = Amen  
Aqui se leuanta una cruz en alto

ergo

Ergo maledicte reconosce sententiam tuam, et da honore  
Deo ꝛ viuo et uero, et da honorem Iesuchristo ꝛ filio eius,  
et spiritui s<sup>to</sup> ꝛ paracito, et recede a vineis istis, hortis,  
segetibus, agris et siluis Loci istius, quia ista sibi Deus et  
Dominus noster Iesuchristus ad suam sanctam benedictionem  
et fructum perfectum dono suo, donare dignatus est. et  
hoc signum sancto ꝛ quod nos supra eos damus, tu maledicte  
Diabole nunquam audeas violare, per eum qui  
uenturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per  
ignem. = Amen. =

Locuste, bruci, vermes, seu cruce qui estis in finibus Loci  
istius; ego in virtute Iesuchristi ꝛ Domini nostri vos adiuro  
atque precipio et constringo per Deum ꝛ patrem omnipotentem  
creatorem cali et terre visibilibus omnium et  
inuisibilibus, et per Deum ꝛ filium, et per Deum ꝛ spiritum  
sanctum, et per crucem ꝛ et passionem unigeniti  
filij Dei, et per sanguinem suam, et per mortem et sepultura-  
ram, resurrectionem et ascensionem suam, et per aduentum  
spiritus sancti paraciti, qui totum mundum illuminauit,  
et per sacratissimam trinitatem, et per virtutem Domini  
nostri Iesuchristi, et per virginem mariam matrem suam  
in cuius utero clausit illum quem totus mundus non capit,  
cuius ubera lactauerunt verum Deum et hominem, et per  
merita eiusdem virginis marie, et per sanctos Angelos et  
Archangelos, et per sanctum Ioanem baptistam qui ipsum  
in Iordane baptizauit, et per ceteros Patriarchas et Pro-  
phetas Dei, et Apostolos et Euangelistas, et per fidem et  
potestatem illorum; et per omnes martires et confessores  
et Virgines Dei, vos adiuro, et precipio vobis ut amplius  
non comedatis neque sedatis, vineas, hortos, arbores, quos  
quis

149

querqus agrorum et silvarum que sunt in terminis et finibus  
istius loci, sed statim fugiatis, et si contrarium feceritis; Domi-  
nus noster Iesuchristus qui portas inferi confregit, et Diabolo  
contrussit, ipse vos maledicat, et percutiat vos per sanctum  
Angelum suum, et confingat molas et dentes vestros, et  
urat et percutiat vos et omnes Angelos maledictos, sicut  
Sodomam et Gomorram percussit; ipse vos constringat  
ut faciatis quod vobis precipio, quatenus ei datur honor et  
gloria, et vobis maledictio sempiterna et confusio perpe-  
tua; per eum qui venturus est iudicare vivos et mortuos  
et seculum per ignem: = Amen.

### Sequentia s. euangeli secundum Lucam

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: ecce dedi  
vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones,  
et supra omnem virtutem inimici et nihil vobis nocebit,  
Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis  
subiiciuntur, gaudete autem quod nomina vestra scripta  
sunt in caelis. = Laus tibi xpte:

Per euangelica dicta precipio vobis Diaboli maledicti  
ut fugiatis vos, simul cum exercitu vestro bruchorum,  
Locustarum, erucarum et Vermium ab omnibus finibus  
istius loci vel termini, tali modo ut omnes vineae, agri,  
silvae vel horti, et quae sunt in finibus eius in colunt  
mareant in nomine Patris, et filij et spiritus sancti. = Amen

Flexis genibus diran todos una salus

O mater Dei et regina caeli ne deseras nos positos in  
tribulatione, sed succurre nobis contra inimicos nostros  
et fac eos adimplere omnia quae in virtute tua precipio  
Ora pro nobis s. Dei genitrix; ut digni efficiamur promi-  
SSIONIBUS xpti. Dominus vobiscum = et cum spiritu tuo =  
oremus

## Oremus

Deus qui de Beata Maria virginis utero, Verbum tuum  
Angelo nunciante carnem suscipere voluisti, presta suppli-  
cibus tuis ut qui uere eam genitricem Dei credimus, eius  
apud te intercessionibus adiuuemur, per eundem etc. Amen

X Coniuro vos Demones qui hanc tempestatem Vermium,  
erucarum, bruchorum, seu locustarum ducitis, per michael-  
lem Archangelum Principem militiae Caelorum, et per  
illam Visionem seu reuelationem quando signum magnū  
apparuit in caelo, et ecce Draco magnus et rufus habens  
capita septem, et cornua decem; in capitibus suis decem  
Diadematas, et cauda eius trahebat tertiam partem  
Stellarum caeli; et misit eos in terram, et factum est  
prelium magnum in caelo, michael et Angeli eius pra-  
elabantur cum Dracone, et Draco pugnat et Angeli  
eius et non ualuerunt, neque locus inuentus est corpibus  
eorum in caelo; memento Lucifer quomodo cecidisti qui  
mane oriebaris, fac uoluntatem Dei et meam et fuge  
cum exercitu bruchorum, Vermium, erucarum et  
locustarum a finibus et possessionibus istius loci, uel termini-  
tali modo ut non comedant neque ledant, arbores, quercus  
seu quascunque alias arbores fructiferas, vineas, segetes,  
quae sunt in finibus eius, sub pena quam habes in die magni  
iudicij, per eum qui uenturus est iudicare seculū per ignem. Amen

### Sequentia s. euang. secundum lucam

In illo tempore conuocatis Iesus duodecim Apostolis dedit  
illis uirtutem et potestatem super omnia Demonia et  
ut languores curarent, et misit illos predicare regnum  
Dei et sanare infirmos; et ait ad illos: nihil tulertis in  
uiam, neque uirgam, neque peram, neque panem, neque  
pecuniam

pecuniam, neque duas tunicas habeatis; et in quacunque  
 domum intraveritis ibi manete, et inde nec exeatis, et  
 quicumque non receperit vos, exeuntes de civitate illos, etiam  
 pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium supra  
 illos, egressi autem circuibant per castella euangelizantes  
 et curantes ubique = Laus tibi xpte:

Per euangelica dictas precipio vobis Diaboli maledicti, ut  
 fugiatis vos simul cum exercitu vestro, brachorum, locustarum,  
 vermium vel erucarum, ab omnibus finibus istius loci vel  
 termini, tali modo ut omnes vineas, agri, silvas, vel horti  
 et quae sunt in finibus eius, in locum maneat in nomine  
 Patris et Filij et spiritus sancti = Amen:

Conjuro vos Principes Demoniorum Apollion et Belcebub  
 atque etiam conjuro vos Principes legionum inferiorum, Sui-  
 ser et Sathan cum socijs vestris, iterum vos conjuro atque  
 constringo et precipio vobis et uisibet vestrum qui hanc  
 plagam brachorum, locustarum, vermium, seu erucarum  
 ducitis, vel vos per quos haec tempestas commota est, per  
 haec sanctissima nomina omnipotentis Dei, videlicet  
 tetragramaton = Jehoua = Eleyson = Saday = hel = hehoyr =  
 heho = heye = Aaonay = saday = sabaoth = sother = sigiot =  
 otheos = yschiros = Athanatos = Alpha et Omega = paracli-  
 tus = christus = Jessus = Deus = omnipotens = Dominus = crea-  
 tor = principium = fortis = sanctus = bonus = immutabilis =  
 invisibilis = caput = et finis = primus = et novissimus = messias =  
 Emanuel = unigenitus = primogenitus = verbum = gloria =  
 sapientia = iustitia = splendor = lux = laus = imago = origo =  
 mediator = vita = veritas = via = sponsus = pastor = propheta =  
 sacerdos = fons = leo = agnus = ovis = Serpens = aries = Vermis =  
 Sol = panis = flos = vitis = mons = Janua = Aquila = Lapis =  
 Angularis ¶

en pie lo siguiente

X Per totam igitur virtutem istorum nominum vos adiuro et precipio ut statim fugiatis vos, et faciatis fugere istam malevolentem tempestatem Gruchorum, Locustarum, Vermium seu erucarum in mare vel in fluuios, vel in loca siluestria; tali modo ut non comedant, rodant vel damnent vineas, segetes, arbores fructiferas hortorum vel siluarum in terminis istius loci; et per ipsum vos consuro qui dedit de rore caeli abundantiam et pinguedinem, et si abire distuleritis, maledictio Domini descendat super vos et conferat dentes vestros et percussit vos in ira furoris sui, sicut percussit exercitum Pharaonis, et subertit rotas currum eius in profundum abissi, et percussit omnia primogenita in terra egypti ab homine usque ad pecus: = ipse pro sua pietate vos compelat exire a terminis istius loci vel termini, et foras mittat et pumat suis suplicijs et in abissum maris vos transmitat qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. = Amen =

X Consuro vos omnes immundi spiritus qui ducitis istam pessimam tempestatem vel plagam vel vos per quos haec tempesta vel plaga commota est et omnis legio et incurtio satanae, in nomine omnipotentis dei et qui vos creauit, et suo precepto exiistis de caelo per superbiam vestram, et per deum Iesum christum et nactarenum qui per suam passionem et sanguinem et crucem redemit mundum, et nos liberauit a vestra et omnium demonum potestate et crudelissima seruitute, et nobis super vos dedit potestatem et virtutem, et per deum et spiritum sanctum a patre et filio non factum, neque creatum, sed ab utroque procedentem, vos adiuro et constringo et iterum precipio vobis autoritate beatorum apostolorum petri et pauli et aliorum successorum ipsius beati petri, ut statim fugiatis vos cum exercitu vestro malo Gruchorum

bruchorum, Locustarum, Vermium, seu brucarum, et faciatis  
illum fugere ab omnibus finibus et possessionibus istius loci, tali  
modo ut non possint ledere fructus terrae; facite hoc Diaboli  
maledicti in nomine patris et filij et spiritus sancti = Amen =

Conjuro vos o Demones et tempestates bruchorum, Locustarum  
erucarum, vel Vermium. percutiat vos Deus Pater filius, destruat  
vos Deus Pater spiritus sanctus et comprimato = Sanctus Matheus,  
Sanctus Lucas, = Sanctus Marcus: = Sanctus Joannes, qui christi  
Evangelium per quatuor mundi partes divulgaverunt; insi-  
stis precibus et meritis hanc plagam seu pestem, Locustarum,  
bruchorum, erucarum, seu Vermium quovunque ab omnibus  
christianorum finibus ab eodem Domino nostro Jesu xpo ob-  
tineant defugari et depelli; et ego peccator et xpi sacer-  
dos seu minister; licet indignus, au toritate et virtute eius-  
dem Dei et Domini nri Jesu xpi summi imperatoris, non mea  
potentia inixus et confessus, Volis precibus immundissimi  
spiritus qui hanc plagam et tempestatem conitatis, in virtute  
eiusdem Dei et Domini nri Jesu xpi Pater per sanctissimam eius  
incarnationem, per natiuitatem, per baptismum et ieiunium  
eius, per sanctissimam crucem Pater per admirabilem ascensio-  
nem, per tremendum aduentum eius et iudicium

Aqui se alca una cruz

Per merita intemerata semperq; virginis mariae, et sanc-  
tissimi Patris nri Dominici, et per merita sanctorum Antonij  
Benedicti ut exatis a terminis istius loci, in mare vel  
in fluios, vel in loca campestris, siluestrias, aquosas, vel  
incultas quatenus nocere non possitis fructibus vinearum  
segetum, quercuum, aut aliorum arborum frugiferarum,  
aut quibuscunque rebus humanis usibus deputatis, per eun-  
dem Dominum nostrum Jesu xptum qui venturus est iudica-  
re vivos et mortuos et secutum per ignem. = Amen

o spiritus

O spiritus immundi ego in Virtute Domini nri Iesux Christi et  
potestate mihi concessa, precipio vobis, bruchis, Loustis, erucis  
seu Vermibus et Diabolis maledictis, et conjuro vos et precipio  
vobis ut simul ab omnibus finibus istius loci vel terminis fugia-  
tis et recedatis, neminem nec omnes sedentes, et hoc precipio  
vobis per Deum Patrem I omnipotentem creatorem caeli  
et terras, et per Deum I et Dominum nostrum Iesum Christum  
filium eius et per potestatem nobis concessa dicente nro:  
ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et  
scorpiones et super omnem virtutem inimici, et per illam  
potestatem iterum nobis concessam dicendo: signas autem  
eos qui crediderint hac sequentur: in nomine meo Demonias  
eiicient, serpentes tollent; per quam potestatem vobis precipio  
ut statim absque alia mora recedatis et fugiatis ab omnibus  
finibus istius loci, ut non sedatis fructus terras, neque vobis  
sit potestas Dominandi vineas, quercus, segetes aut alias  
arbores fructiferas quas sunt istius loci; et si non feceritis omnia  
haec quae vobis precipio in Virtute Domini nostri Iesu Christi,  
ipse Dominus noster Iesus Christus per suam sanctissimam passio-  
nem et crucem et sanguinem augeat super vos crudelissi-  
mas penas et carceres et ille cum exercitu Angelorum  
Veniat super vos, et super vos ignem accendat, et talimodo  
uratur vos sicut nomina cuiuslibet vestrum comburuntur  
in ignem aeternum; qui venturus est iudicare etta. Amen

Aqui se buelue a alcar la cruz

Ipse vobis imperat Demones qui hanc plagam bruchorum,  
Loustarum, erucarum, seu Vermium no uitorum commouebit  
de quo de nube lucida dictum est: hic est filius meus dila-  
tus in quo mihi bene complauit I ipse vobis imperat quia  
sua sacratissima cruce et corporis sui sanctissimi in ea ex-  
tensione aeream purgauit I ipse vobis imperat qui per  
mortem suam vos et principem vestrum mortem que

deuicit

192  
deuicet et ligauit atque eterna hehemina nuncupauit vel  
manipauit ignibus et ipse vobis imperat qui post quadraginta  
dies nube susceptus virtute sua ascendit in caelum et ipse  
vobis imperat qui venturus est iudicare viuos et mortuos  
et seculum per ignem: = Amen: =

hic dicatur arua sub tum presidium etia cum oratione  
pro lege Domine famulos tuos etia ora pro nobis beate ilde-  
fons; ut digni efficiamur promissionibus xpli.

oremus

exaudi quesumus Domine preces nostras quas in beati ilde-  
si confessoris tui atque Pontificis solemnitate deserimus ut  
qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis  
ab omnibus nos absoluas peccatis et pro nobis Deum depre-  
care ut dignetur tollere hanc plagam; per Dominum  
nrum Iesum xptm etia. Amen: =

oremus

Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus et quos  
tuis meritis recreasti, perpetuis defende subsidis per Dnum  
nrum Iesum christum filium tuum etia. Amen =  
estote fortes in bello = et pugnate cum antiquo serpente  
et accipietis regnum aeternum a secula: = orate pro nobis  
omnes sancti Dei Apostoli et euangelista = ut digni etia.

oremus.

Deus qui nos anua Apostolorum tuorum et euangelistarum  
solemnitate letificas, presta quesumus ut quorum gaudemus  
meritis instruamur exemplis et liberemur a plaga ista  
per Dnum nrum etia. =

Angeli, Archangeli, troni, et Dominationes, principatus et  
potestates, virtutes caelorum laudate Dnum de caelis a secula  
sicut et Angeli iuxta aram tēpsi; habes turibulum aureum in manu sua  
oremus

Deus qui miro ordine Angelorum ministeria hominum qua  
dispensas concede propitius ut a quibus tibi ministrantibus  
in caelo semper assistat, ab his in terra vita nostra muniatur  
et plaga ista destruat. per Dnum nrum etia. Amen =

ora pro nobis beate Benedicte; ut digni efficiamur promissionibus xpi  
Oremus

Intercessio nos quesumus Domine beati Benedicte abatis com-  
mendet ut quod nostris meritis non valeamus eius patrocinio  
asequamur, per Dñm nr̄m etc. Amen: ==

Sacerdos et pontifex et virtutum opifex pastor bone in  
populo ora pro nobis ad Dñm; ora pro nobis beate gregori  
ut digni etc. amavit eum Dñs et honoravit eum, Nolam gloria etc.  
Oremus

Da quesumus omnipotens Deus ut beati gregori Confessoris  
tui atque pontificis Veneranda solemnitas et deuotio nem  
nobis augeat et salutem, per Dñm nr̄m etc. Amen: ==

Puer qui natus est nobis plusquam Propheta est, hic est enim  
de quo saluator ait: inter natos mulierum non surrexit  
maior Ioane baptista = ora pro nobis beate Ioanes baptista  
ut digni efficiamur promissionibus xpi.

Oremus

Presta quesumus omnipotens Deus ut familia tua per uiam  
salutis incedat, et beati Ioanis precursoris tui hortamenta  
sectando ad eum quem pradixit secura perueniat, Dñm  
nostrum Iesum xpm filium tuum qui tecum etc. Amen

Ex parte sanctissimi trinitatis Patris et Filij et spiritus s̄i et per  
merita intemeratas semperque uirginis marie et Apostolorum  
Petri et Pauli, et sanctorum, Augustini, gregori, Ambrosii  
hieronimi et Domini Patris nostri, et omnium sanctorum,  
precipio vobis, Diabolis, Demonis, spiritibus immundis qui-  
buscumque qui habitatis et habitastis in his terminis et opido  
nostro de. N. vel ad quoscumque vel quomodocumque  
peruenerit hoc meum mandatum, sed potius mandatum Domi-  
ni mei Iesuxpi sub pena reclusionis in inferno per anos  
centum, adque tradendi vos per singulos vestrum in  
Sulfur

193

Sulfur ignis ardentis, ut infra spatium trium dierum vel  
vnius, vel trium horarum usque ad diem quem vobis assigno  
pro termino peremptorio et praefixo, dispergatis et dispergere  
faciatis per vos et singulos vestrum nos brachos malignos  
vel Locustas, erucas seu vermes, aut quecunque animalia  
noxia corrodentia fructus terra, vel arbores in terminis  
et opido nostro, de. N. in loca si luescunt et inculta, ita  
ut non reuiuiscant, quod si reuiuiscerint non noceant  
herbis, mesibus, vineis, arboribus, fructibus, leguminibus, et  
alijs quibuscunque rebus usui hominum deputatis opidi  
istius: = haec autem facite constricti et confurati per eum  
qui vos de caelo ad terram deuicit, et per eum qui Ven-  
turus est iudicare uiuos et mortuos et seculum per ignem. Amen  
christus uiuit et christus regnat = christus uincit et ipse  
custodiat hos agros, vineas, segetes, hortos et arbores in  
nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti = Amen  
Iesus in cuius nomine omne genus flectatur, Caelestium,  
terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur  
quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris; cum quo uiuit  
et regnat in secula seculorum = Amen

Omnis honor et gloria sanctissime trinitati.

Amen =